



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Mariae Virginis Sacratiss. Miracvlorvm Libri Tres

Vismara, Ercole

Mediolani, 1579

Mirac. Virg. III. Militis uxor insania, ac furore percita, reuocatur à Dei parente ad mentis sanitatem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64305)

se dedit; atq. in mediis undis, propriis uestib. ita mulierem texit, ut nullibi eam uuidam diceres. Quare non solum tutò in ipsis fluctib. filium peperit; sed etiã usq. ad maris decessum ibidem morata est; quae postea in sinu illic editum infantem gestans, in sudum rediit: & quae sola à turbida tempestate intercepta fuerat, una cum filiolo, candida, & lucida maris stella ducente, fluctus deuittauit.

MIRAC. VIRG. III.

Militis uxor insania, ac furore percita; reuocatur à Dei parente ad mentis sanitatem.

Militis uxor praegnans, quae noctu uiderat in somnis militare signum sanguine cruentatum, somno soluta insanire, & cum marito deliramenta loqui coepit, quae audiens ille obstupescibat. Misera igitur eò dementiae adacta erat, ut uidere uideretur christianam religionem, quae illucisq. sibi inter ubera uersata fuerat, illinc discedentem. Sic. n. infelix à Satana decipiebatur, qui eius animam in eam calamitatem trahere conabatur, in quam ipse incidit. amici aegrè mulieris infortunium ferentes, pro ea innumerabilia uota suscipiunt; eamq. in infinita beatorum templa perducunt, ut illorum precib. à Deo miserae sana mens impetraretur. Praeter cetera totam noctem excubias in Trinitatis templo celebrant. Sed nec eo tempore Deus opt. max. uoluit, ut uoti sui compotes fierent; quia decreuerat, ut eius salutis gloria Virgini seruarietur, quia uerò
caco-

cacodaemonib. oppressam illā esse existimabant; eandē sacra adspersione conspergebant sacerdotes, adiu-
rationib. impios cacodaemones expellere nitentes;
& ut sana mulier fieret, eam maxima cura curabant.
Sed indies morbus ille magis ingrauescebat. Praete-
rierat iam annus, postquā insania fuerat percita; adue-
neratq. Virginis purificationis dies. Quare in templū
quoddam, quod coeli reginae nomini in uasta solitu-
dine à Graecis extructū fuerat, deducta est. Illic totā
noctem morata, sanctissimae Dei matris pietate, cu-
rata est; quae postea uia cum marito tantae pietatis
summis laudib. celebrandae, nullum finem facere
unquam desit.

MIRAC. VIRG. IIII.

*Monachus cacodaemonis impetum refugit; & ab ebrietatis
uitio, in quo diu peccauerat, ad miram sobrietatem desciscit.*

COenobita, qui sanctē, & augustē Virginem ve-
nerabatur, cellae uinariae praerat. is, cum
plusculum se se in bibendo inuitasset, omni-
no appotus, & ebrius arctius dormire incepit. Vbi ex-
perrectus est, ad templum properat; eiq. Satan occur-
rit, tauri formam habens, & cornib. miserum uelle fo-
dere asimulat. Interim pulcherrima Virgo uisa est,
cui sparsi erant per humeros capilli, quae belluam uo-
ce deterrens, ē monaci conspectu eam abire iussit.
Properabat ipse recta ad templum, dum se cacodae-
mon in canis imaginem cōuertit, qui ipsum dentib.
& acri morfu petere uelle uidebatur; sed eundem ea-
dem